

QK. 291.

v. Cracau (K1993641)

Za
5663

Ευφροσύνη συγχαριστική

IN HONOREM,

REVERENDI, NO-
BILISSIMI, OMNIQUE

virtutum laude amplissimi viri, Dn. IOHAN-
NIS à CRACAV, Decani Naumburgensis &
Cizensis, Canonici Misnensis &
VVurzensis

Cum 15. Julij, cathedralis, Ecclesia, qua
est Misena, DECANVS
renunciaretur

Scripta à clientibus ANNO
1597.




I E N Æ

Typis Tobiaë Steinmanni.

177

177

177





Srophe I.

Pallada cum Charitum vidi
choro per
Rosciduli nemus hortuli, modo
Ferre candentes calathos, niti-
Pollicibus teneros decerpere (diq;
Flores, roseumq; decus
Ditis Auctumni jungere purpureis mune-
Cypriae gratissima. (ribus

Antistrophe I.

Cuinam adeo aureolum nevisse filum,
Fatiprema memorem triga colum!
Ista faustis ut cupiat manibus, vel
Cinnamem ferat inde ut sertulum!
Ecce hoc, coma, praeperibus
Nunciat pinnis Jovis altisoni ales praescia,
JANE CRACOVI, tua.

Epodos I.

Namq; ipse cana argenteus ALBIS a-
Qua Najadum (qua
A tenera abluitur turba

A 2

Resupinaq;



Resupinaq; crescente pace
Misniaca irrigat arva
Dum trahit ad te teneram
Sancta CATHEDRÆ curam, amabili-
Divas precatus est, (ter
Virtutis ut mellitulam &
Dulcem faciem hocce tandem
Per decus conpramiarent.

Strophe II.

Ergo velut sitiens sylvam per altam
Hinnulus ad rapida Canicula
Sidus, amenti ore inhiat liquido amni &
Herculeus veluti magnes trahit
Desiderio chalybem arduo
Utq; canthus posterior, revoluta usq; rotã
Ad priorem volvitur:

Antistrophe II.

Sic quoq; Patria anhelat cordirapa
Vir melior sapiensq; commoda
Sicq; virtutis venerabilis ardor,
Attrahit auricomis honoris decus;
Et mutua respiciunt
Hujus illiusq; genæ, vigilante studio
Sol diei dum est comes.


Epodos II,

Epodos II.

At nunc beato te, bona fors, calculo
Auctum juvet,
In columnemq; larem dexter
Oculus videat mitis DEI,
Suppetiasq; benignè
Prosperet rebus tuis,
Turba Mæcenas optime Castalidum,
En me videbit
Cæli serenus conditor,
Castis precibus, patrieq;
Et tua abire ad commoda.

Iohannes ab Eich.

Ode gratulatoria.

 Ite te Diva Poli regat,
CRACOVI, alma Dice, sicq; Dic-
Firmet, sospitet, augeat, (spiter
Florentemq; magis Te, tuaq; omnia
Reddat, qui tibi creditos
Fasces à Patriâ, non sine Patriæ,
Quæ te suspicit & colit,
Plausu atq; egregiâ laude geris: Geras,
Exopto, incolumis diu.
Cernasq; exhibitam Nestor adorem.
Ille est truncus, & æs triplex
Circum pectus habet, qui facie truci,
Et mœstis

Et moestis oculis adest,
Urbs Misena tibi sceptrā ubi porrigit,
Quid risum cieat viro?
Quem nec Fata Patris, nec Patriæ movent?
O rupem, ô scopulum æneum.
Tales, crediderim vix ego, Caucasum
Eructare feras: Tigris
(Vos testor Satyri) Caspia mollior,
Nequicquam Deus indidit
Affectus animis, si tamen impiæ
Mentes, cruda Ceraunia,
Haud cor tale mihi est, sentio pectoris
Motus, sentio gaudia,
Dum, Pæana vehit Nympha, precantium,
Sunt multi fateor, pias
Qui fudère preces, pro tibi floridâ
Exedrà, ipse sed omnibus
Palmam præripui robore: pervia
Fudi vota Dijs, fragor
Contrâ quæ potuit nil Boreæ: hinc fero
Laudes, granaq; thurea:
His me sisto Iovi: sed Tibi Lesbio,
Mecænas, modulamine,
Grator, grator Iô, ex pectoris intimo,
Civesq; allicio, novam,
Quò nectant capiti (nam caput omnium es)
Festa hac luce coronulam,
Instaurate choros, iu Salium modum
Exercere pedes, iuuet
Certare altisonis undiq; plausibus.
Sed cur Sala gemis? Cori
Quæ gignit rabies turgidulas tibi
Spumas

Spumas? fallor an invides
Vndoso fremitu fluctibus Albidos?
Ah ne, ah ne invidias aquis
Istis, namq; Patri sic patriæ invides.
Non privare bono: decus
Neutiquam eripitur, Misniacis licet
Vnà splendeat angulis.
Sic natura vagi sideris obtinet.
Vnus lucifluâ face
Titan, quasq; plagas irradiat soli.
Vnum in corporeâ caput
Structurâ, articulis pluribus imperat.
Quod si præstet idem, caput
Nec non Sol patriæ? quâ Sala conqueri
Posses? protinus abijce
Aestumq; invidiæ, turbidaq; alvei.
Sit pax alma tibi, Albidi
Sit pax alma: furor namq; aliàs satis
Orci, Teutonium premit.
Densantur iuvenum funera: funera
Miscenturq; senum; probos
Raptat cum reprobis, furva Proserpina.
Nec Dux Bistonius minas
Infanas cohibet, sed thracia undiq;
Sævus spicula concutit.
Compluresq; Erebo præparat hostias,
Quæ nos alæ igitur rotæ
Subducent dubiæ, dum nova turbinum
Surgit quâq; die cohors?
Nil certè eripiet, nî fidei & precum
Pennis, sancto homini datis,
Tendamus superum ad limina, supplici
Pulsantes

La 5663 08

Pulsantes gemitu fores.

At purgare decet scrinia pectoris
Antè, in Crathidis amnibus.

Surdæ sunt etenim sordibus obrutis.
Verùm, orantibus integrâ

Spe, firmaq: fide nil venit arduum,
Perrumpunt, superant, Poli

Murus, sponte suâ cedit, aheneus
Frustrâ obstante Strygum choro

Quin immò ipsa Iovis dextra, ter optimi
His evicta vijs, aget

Mortis sævitiam, Martis & impetum,
In turmas Mahometicas.

Ergo ferte preces, Aethera lacrimis
Expugnate pijs, Deos,

Irata abijciant fulmina, cogite,
At patrone tibi fluat,

Ver longum, stipulis graniferis tumens
Aestas, aura salubrior


Autumno ancipiti, Brumaq; mitior,
Parcat, Parca, precor, Lari

Nec Bellona hilari, bella fera asperet.

*In grati, & ad serviendum parati animi
symbolum, suo Mecanati, studiorum
authori, fautori, & promotori
hæc canit*

M. Georgius Martinus
Naumburgensis.

F I N I S.



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

v. Cracau (K199364)

Za
5663

α συχαριστιανή

HONOREM,

ENDI, NO-

MI, OMNIQVE

plissimi viri, Dn. IOHAN-

, Decani Naumburgensis &

Canonici Misnensis &

Vurzensis


cathedralis, Ecclesia, qua

na, DECANVS

unciaretur

clientibus ANNO

1597.



E N Æ

obia Steinmanni.